

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Academici Johannis Quistorpii ... Quo Ad Exequias  
Infantulae Elegantissimae Catharinae Elisabetae Müllers/ Hodie hora prima  
adornandas, Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat : P.P. XIV.  
Novembr. Anno M. DC. LIX. Sub Sigillo Rectoratus**

Rostochi[i]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660258>

Druck    Freier  Zugang



Quistorp, J.,

in

C. E. Müller.

Rostock, 1659.

17



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770660258/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660258/phys_0002)

**DFG**





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770660258/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660258/phys_0004)

DFG

135

PROGRAMMA  
RECTORIS ACADEMICI  
**JOHANNIS QUISTORPII,**  
ΘΕΟΛΟΓ. D. Prof. & Paſt. J.

Quo

Ad Exequias

*INFANTULÆ ELEGANTISSIMÆ*

**CATHARINÆ  
ELISABETÆ Quillers/**

Hodiè horâ primâ adornandas,

**OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES  
(ACADEMICOS per amanter) invitat.**

*P. P. XIV. Novembr. ANNO  
M. DC. LIX.*



Sigillo Rectoratus.



ROSTOCHI,

*Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.*

# CHRYSOSTOMUS

*Hom. 5. de pat. JOBI.*

**Audivit liberorum exitum, & sci-  
dit vestimenta, quò naturæ compassionem  
ostenderet'. Nisi enim passus fuisset, for-  
tassè veluti virtutis amator non lauda-  
retur, sed veluti insensibilis da-  
mnaretur. Sed passus quidem  
fuit ut homo: sustinuit,  
autem veluti amator**

**DEI.**

RECTOR  
JOHANNES QUISTORPIUS, D.

**M**ortes liberorum justo effusius impensiūsq; non plorandas, sed modum utiq; cā in re servandum , aut fortis potiū induendos animos esse, cūm Sacratū Scripturarū, tum profana rū monumentis historiarum abundē edocemur. De diuinis literis, ubi alia fors dabitur occasio , visuri, nunc saltim de parte alterā negocium expediemus.  
**HORATIUS PULVILLUS**, cūm in Capitolio **JO VI** Max. Ædē Pontifex dedicaret, interq; nunc upationē solēnium verborum, postē tenens, mortuum esse filium suum audisset ; neq; manum à poste removit, ne tanti templi dedicationem interrumperet ; neq; vultum à publicā religione ad privatum dolorē flexit, ne Patris magis, quām Pontificis partes egisse videretur. Inq; nullas alias, quā in has candē erupit voces. *Tolle Cadaver.* **ÆMILIUS PAULLUS** nunc felicissimi, nunc miserrimi Patris clarissima repræsentatio , ex quatuor filiis formæ insig nis, egregiæq; indolis, duos jure adoptionis in **Corneliam**, **Fabiamq;** Gentem translatos, sibi ipse dene gavit: duos ei fortuna abstulit. Quorum alter triumphum Patris funere suo, quartum ante diē, præcessit; alter in triumphali curru conspectus , post diem tertium expiravit. Itaq; qui ad donandos usq; liberos abundaverat, in orbitate subitō destitutus est. Quē casum, quo robore animi sustinuerit,  
oratione

oratione, quam de rebus à se gestis apud Populum  
babuit, hanc adyciendo clausulam, nulli ambi-  
guum reliquit: Quum in maximo, proventu felici-  
tatis nostræ, QVIRITES, timerem, ne quid mali  
fortuna moliretur; DEOS precatus sum, ut si ad-  
versi quid populo Romano immineret, totum in  
meam domum converterent. Quapropter bellè se-  
res habet: annuendo enim votis meis id egerunt, uti  
meum vos potius casum doleatis, quam ego vostro  
ingemiscerē. Q. MARCIUS, Catonis in Consulatu  
Collega, Filium maximæ spei, & quæ non parva ca-  
lamitatis accessio fuit, unicum amisit. Quumque se  
obitu ejus subrutum eversumq; videret, ita dolo-  
rem altitudine consilii coeruit, uti à rogo juvenis  
protinus curiam peteret; Senatumq;, quem eo die  
ex lege habere oportebat, evocarer. Quod nisi for-  
titer mætorem ferre scisset, unius diei lucem inter  
calamitosum patrem, & strenuum Consulem, neu-  
trâ in parte cessante officio, partiri non potuisset.  
Princeps Atheniensium PERICLES, maximus,  
idemq; adeò usq; disertus VIR, uti ex ore ejus non  
rām verba, quam ipsissima mella manarent, intra  
quatriiduum duobus mirificis adolescentibus Filiis  
spoliatus, iis ipsis diebus & vultu pristinum habi-  
tum retinente, & oratione nullâ ex parte infractio-  
re concionatus est. Ille vero caput quoq; sueto mo-  
re, coronatum gestare sustinuit, uti nihil ex vetere  
ritu propter domesticum vulnus detraharet; Non

655

SPQR

sine caussâ igitur tanti robotis animus ad Olympi cognomen adscendit. XENOPHON, quod ad Socraticam disciplinam attrinet, in proximo à Platone felicis ac beatæ facundia gradu, constitutus, cùm solenne sacrificium perageret, è duobus filiis majorem natu Gryllum, apud Mantineam in prælio occidisse cognovit; nec ideo institutum Deorum cultum omittendum putavit, sed coronam cantum modò deponere contentus fuit. Quam ipsam, percutitus quonam modo occidisset, ut audivit fortissimè pugnarem interisse, capiti reposuit. Numinis, quibus sacrificabat, testatus, majorem fuisse ex virtute Filii voluptatem, quam ex morte amaritudinem sentire. Alius removisset, sine dubio, hostiam, abjecisset altaria, lacrimis respersa thura disjecisset: Xenophontis corpus religioni immobile stetit, & animus in consilio prudentiae stabilis manuit. Enim verò doloris succumbere, ipsâ clade, quæ nunciata erat, tristius duxit.

ANAXAGORAS auditâ morte Filii, nihil referenti de eâ, inquit, mihi inexpectatum aut novum nuncias: Ego enim ex me natum dudum sciebam esse mortalem. Præclaras profectò voces! quas utilissimis præceptis imbuta virtus emisit ipsa; quasq; si quis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit, ita procreandos esse liberos, uti meminerit, iisdem à rerum naturâ & accipendi spiritus & reddendi, eodem momento temporis, legem dici: atque ut mori neminem solere, qui non vixerit, ita neq; vivere quempiam posse, quia non sit morieurus. Quam servire illatibi, VIR amici

amicissime, leniendoquè dolori tuo facere possunt.  
Quāquam si velmaximè nil hujuscemodi, Gentilis aut ul-  
la alia nobis subministraret historia, Tu tuapte sponre tem-  
perare lacrimis, filiolāq; tuam, in consortia plurium allectā,  
luctu intra modum terminosq; coērcito, prosequi, quā ani-  
mi es moderatione, posses, & vero etiam, quā sub vītē mor-  
tiq; dominantis imperio comprehendenderis, deberes. Quod  
& facis sanè, uti ex his tuis ad me prescriptis verbis patet.  
Quæ mihi Anno 1658. die 8. April, nata est, Filia mea CATHARINA ELISABETA,  
Filia, inquam, ob singulares probæ piæq; indolis characteres unicè dilecta; heri ho-  
rà 6. marciæ, eheus denata est. Ach! das fromme Kind! Acerbisinus est,  
quem ex obitu Filiola meæ, percipio, dolor. Sed Dominus dedit, Dominus abstulit,  
sit Nomen Domini benedictum! Solatur me tūm placidissime ac beatissime, non  
dicam, mortu, sed indormitionis; tūm voluntatis divine, salutem nostram sem-  
per intendens; tam corruptissimè ac calamitosissimi hujus seculi meditatio.  
Gott gebe das ich meiner Tochter aus dieser vermalebenten Welt bald fol-  
gen möge! Cæterum CATHARINA ELISABETA, quæ  
scribere nos hoc hodiè, & de morte commentari nonnihil  
voluit, optimo lvculentissimoq; sangvine oriunda est. Pa-  
tre quidem, quem jam jam innuimus, VIRO pl. Reveren-  
do & Clarissimo DN. HINRICO MULLERO, Archidi-  
acono Mariano benemerentissimo, Collega & in Christo  
Fratre nostro conjunctissimo: Matre vero lectissimâ &  
sexus sui virtutibus instructissimâ, MARGARITA ELI-  
SABETA Siebrandes. Avius Paternus fuit princeps Uribis  
nostræ haud ita pridē Mercator, Civisq; quin Tēpli etiam  
Mariani piæfectus, PETRUS Müller; cui ex re & vero id  
scripteris elogii, quòd antiquâ Vir fuerit virtute & fide.  
Avia Paterna singularis exempli Matrona, ILSABE Stu-  
ben. Avum Maternum nacta est Virum spectatissimum Dn.  
MICHAELM Siebrand/dictæ jam Ædis itidem Präfe-  
ctum, & Civitatis Sedecim virum honoratissimum. Aviam  
maternam, Fœminarum decus & ornamentum, ELISABE-  
TAM

TAM ARNOLDIAM, DN. JOANNIS ARNOLDI,  
Civis quondam ac Cerevisiarii apud nos præstantissimi, filiam. Proavus Paternus fuit HINRICUS Müller / Civis Holtzatus, Vir optimus, honestissimusq;. Proavia Paterna, ANNA Spliten / ornatissima Fæmina. Proavus Maternus, Vir Magnificus & Excellentissimus Dn. WINHOLDUS Siebrand / J. U. D. atque Serenissimi Principis ac Domini, DN. U DAL RICI, Ducis Mecklenburgici, Cancellarius amplissimus. Proavia Materna MARGARITA Geismars / Fæmina omni laude cumulatissima. Ulterius familiam texere nil attinet, & nec moris ferè est. Ut primum conspicata Iucē est scitissima animula, princeps Parentum cura fuit, uti sacrā aquā tingeretur, atq; sic à vitio, quod mox cum nascente prodierat, aut à reatu saltim ejusdem, ablueretur. Proxi- mā huic in singē dā eximiē, formandāq; lubētes collocarī vis- sent, ni omniū optimus disciplinæ morūq; Magister anticipasset, suęq; alumnā Scholæ, immane quātū hāc nostrā præstatiōris! esse maluisset. Bonū mehercule factū, ô Parentes! Quantocunque enim conamine curavissetis elegantiori rectiori, vitæ ad- sive faciendam, fieri tamen non poterat, quin vitiū identidem quid interlabe- retur, quod cum honestate simul non segniter imbiberer. At sub eo, quo hodiē uitur Ephoro, & fiet & jam facta est VIRTUS IPSA. Adeo scilicet ē mundanis purum ab omni parte est nihil. Quicquid cœleste, id verò emendatissimū, & à quavis labe immune. Nolite ergo sanctiora hæc forman- di studia Filiołe invidere, Parentes; & ne de eo conquerimini operosius, quod remota ē conspectu sit vestro, quæ pulcherrima, inusitatique exempli foret. Cogitate potius, quum præstantissimus sit, longęq; optimus, qui dederit, jure repetiſſe, quod ipsum quoque bonum, eximumq; adverterer. Nam si nauic at nihil vel trām esse scivisset Filiam, sine omni dubio indi- gnāt judicavisset, quæ communi secum cœlo adeo recens (lesquiannum e- nem hīc fuit saltim) potiterat; sed Mundo eam reliquisset, ubi inter suis simi- les prolixam agere etatem quiret. Cœterum de genere morbi, quo extin- cta est, paucis monebimus, idque non nostris, sed Excellentissimi DN D<sup>r</sup>. MEDICI verbis: deā funus continuo indicturi. Ita igitur ipse.

Morbus:

Morbum quod attinet, qui discedendi ex terrestri ergastulo necessitatem p̄issimæ  
animulæ inculit, sicut is acutus huic per quam familiaris, diarrhoea primum, occa-  
sione indignatis ab proditorum forte dentium quorundam dolores, Archæi enata,  
quam uti cibi fastidium, sic potus, requentioris desiderium comitabatur: hoc  
stinx per biduum salem impetuosis continuato, exinaniri enormiter visum est  
tererrimum corpusculum, quod ipso funestiori malo occasio data fuit: post medius  
enim noctis inter utrumq; Martini diem, Epileptica eheu! convulsiones successerunt,  
quibus ut ut appropriatis satius probatis remedios mederi tentatum fuerit, minus  
in ea, quam quæ priori malo adhibita cum aliquo effectu fuerant, profuere, sed  
continuatis fere, pro indubio Creatoris placitò, convulsionibus, pancajum horarum  
spatijs, sub instanti crescenti Lunæ dimidiatione, circa sextam matutinam, plac-  
idissima tandem vita expiratio jucundissimæ puellæ obtigit, liberumq; ad cœlites  
aditum, nondum inquinata mundi scandalis, nec affellibus ullis fedioribus obno-  
xiæ animulæ, concessit. Hæc Medicus. Nostrum fuerit, CIVES A CA-  
DEMICI, tenerimæ infantulæ promptissimas ire exequias. Quod ut, quan-  
tæ fieri unquam frequentia possit, faciat, nos quidem ferio hortamur; qui  
verò funus curant, studiosissime abs vobis contendunt, & gratiam sele istam  
benivolentiamque, pro virili demerituros, sanctissime pollicentur.

Sed Vos verò, qui Juniorum indepti Studiosorum appellationem estis, Verbo uti  
compellemus, non tam hic occasio, quam magna potius est necessitas. Monemus,  
omninoq; volumus, uti & hodie, & deinceps semper, decoro habitu, & ad modestiam  
composito vultu, omninoq; adeo corpore, funera comitemini, nec per publica viarum  
ipsis vos pueris ancillisq; posthac, maximo cū ludibrio vestro, deridēdos propineris.  
Non ita est pridem, quum è Studiosâ Gente præcipui quidam, spurcissimum & ex  
ipso orco derivatum morem sese abolituros, tantum non sacramento nobis firma-  
rent. Speramus fidem verbis adhibitam, sanctissimamq; promissa religiosissime ser-  
patum iri. Monete alius alii, atq; ad pietatem virtutemq; amplectendam mu-  
tuò excitamini. Sic Magistratū grandi onere levabitur, neq; is pernicioſissimo  
male afferrimus obriam ire remedium urgebitur. Valete in  
D.N. & sapere discite.

Convenietur horâ I. in Æde Marianâ.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770660258/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660258/phys_0013)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770660258/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660258/phys_0014)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770660258/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660258/phys_0015)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770660258/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660258/phys_0016)

**DFG**

**TAM ARNOLDIAM, DN. JOANN**  
 Civis quondam ac Cerevisiarii apud nos  
 liam. Proavus Paternus fuit **HINRIC**  
 Hollatus, Vir optimus, honestissimusq;. **ANNA** Spliten / ornatissima Fæmina. Pi  
 Vir Magnificus & Excellentissimus Dn.  
**Siebrand**/J. U. D. atque Serenissimi Pri  
 DN. U DAL RICL. Dux Mecklenburg  
 amplissimus. Proavia Materna **MARGA**  
 Fæmina omni laude cumulatissima. Ulteri  
 re nil attinet, & nec moris ferè est. Ut pri  
 lucē est scitissima animula, princeps Paren  
 sacrā aquā tingeretur, atq; sic à vitio, quod u  
 te prodierat, aut à reatu saltim ejusdem, at  
 mā huic in singē dā eximiē, formandāq; lu  
 fent, ni omniū optimus disciplinæ morūq;  
 passet, suæq; alumnā Scholæ, immane quāti  
 statioris! esse maluisset. Bonū mehercule f  
 Quantocunque enim conamine curavissetis elegantie  
 sive faciendam, fieri tamen non poterar, quin vitiū iden  
 tur, quod cum honestate simul non segniter imbibet  
 hodiē utitur Ephoro, & fieri & jam facta est **VIRTLUS**  
 è mundanis purum ab omni parte est nihil. Quic  
 emendatissimū, & à quavis labe immune. Nolite ergo sa  
 di studia Filiole invidere, Parentes; & ne de eo conc  
 quod remota è conspectu sit vestro, quæ pulcherrima  
 foret. Cogitate potius, quūm præstantissimus sit, long  
 derit, jure repetuisse, quod ipsum quoque bonum, ex  
 Nam si nauci ac nihili veltram esse scivisset Filiam,  
 gnam judicavisset, quæ communī secum cœlo adeò rec  
 nim hic fuit saltim) potissem; sed Mundo eam reliquiss  
 les prolixam agere xatetem quiret. Cœterum de gene  
 tra est, paucis monebimus, idque non nostris, sed l  
 D. MEDICI verbis: deā funus continuo indictur



Patch Reference number on UTT  
 Image Engineering Scan Reference Chart TE33 Serial No.

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11  
 10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 A8 C9 B9

the scale towards document

012